



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et
Mi-||racvlis Clari, Opera**

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

Vt præ nimia afflictione quandoque ad mortis vsque discrimen adductus
sit. Capvt XXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

Quod illius exemplum semper mihi profutu-
rum spero.

*Et pranimia afflictione quandoque ad mortis usque
discrimen adductus sit.*

CAPUT XXXII.

Contigit quodam tempore, ut non paucis
noctibus ē somno nō sine terrore exper-
recto, nescio quidnam, mox Psalmum
illum de Christi passione, cuius est initium, psalm. 21.
Deus Deus meus respice in me, inchoaret. Quem
Psalmum Dominus Iesus in cruce pendens, at-
que illa extrema necessitate tum à Patre, tum à
creaturis omnibus derelictus, fertur dixisse.
Quæ quidem continua huius Psalmi repetitio
vel commemoratio initij illius, simul atq; eu-
gilasset, admodum perterrituit Ministrū, haud
vulgariter sibi metuentem. Clamavit ergo ad
Dominum cruci harentem, idque cum acerbis
lachrymis, dicens illi: *Eheu Domine Deus, no-*
vane rursus mihi tecum ferenda crux est, vel
crucifixio? Quod si ita est, cōple obsecro in me
miserio innoxiam atq; sanctissimam mortem
tuam, sisq; mecum, & tuo auxilio fretum fac
afflictionem omnem superare. Accidente de-
inde cruce, ut illi fuerat antē significatum, im-
manes quædam afflictiones, de quibus hic non
expedit dicere, illi accrescere coeperunt, atque
indies augmenta capere, quæ tandem usque eo
excreuerunt, ut illum alioqui debilem, ad ex-
tremum vitæ punctum perducerent. Cū enim
vice quadā extra cœnobiū cōstitutus serō cubi-
tum,

Ut pre nimia viri*ū* iuisset, quodam virium defectu comparsa
 viri*ū* imbe- hensus est adeo, vt sibi videretur pre nimia
 cillitate de- mortui quasi debilitate defecturus ac illic*o* periturus. Iam
 speciem in bat ib*ì* tam quietus & immorus, vt nullaten
 ecstasi posi- corpore vena moueretur. Id v*b*i*n* animadu-
 ges induerit. homo quidam pius ac fidelis, eiusque studio-
 sus, quem ipse ad Deum pertraxerat non in
 multo grauique labore, accurrit morens ali-
 gens, eiusque peccus & cor palpare ceperit,
 ploraturus num quis in eo vitalis spiritus re-
 liquus foret. Sed cor adeo erat consopitum
 nihilo magis quam in homine mortuo agnoscere
 videretur. Tum ille pre nimio dolore colle-
 bens, profusus lachrymis ac lamentabili voce
 dixit: O Deus, en*v*t hodie extinctum est pro-
 clarissimum cor illud, quod te longo tempore
 haud vulgari pietate in se retinuit atque sub
 quodque innumeris dissolutis hominibus ve-
 bis & scriptis in omnes iam regiones diffusa
 suauissime te predicauit. Eheu quam tristis illa
 rumor est, computrescere iam debere cor illud
 eximium, nec illi longa adhuc viuendi spe
 tribui in tui laudem, & multorum consolacio-
 nem. Ita ergo lamentans & plorans, subinde
 cor, os, & brachia illius attraherat, scire cupi-
 ens vitrum viueret an extinctus esset. At nullus
 percepit motum. Facies expalluerat, os arre-
 induerat colorem, nec quicquam vitale fave-
 rarat, haud secus quam in funere iam amodo
 sepeliendo. Durabat id ferm*e* eousque, vt inter
 rim milliare Germanicum potuisset confundere.
 Dum ergo sic iaceret ecstaticus, obiecto non
 lio fruebatur spiritus illius, quam Deo &
 uinitate, vero & veritate, ac sempiterna va-
 gatione

OIV

45

itate. Sed antequam viribus inciperet destitui & Colloquium
extra se rapi, exorsus erat familiariter cum Ministri cum
Deo colloqui ac blandiri in hunc modum: O se moriturū
veritas æterna, cuius inexhausta abyssus inco- existimans.

gnita est creaturis omnibus, miser ego seruus
tuus videor nunc mihi ad extrema perductus,
quemadmodum ipsa virium imbecillitas te-
statur. Itaque in supremo spiritu constitutus,
tecum loquor omnipotens Deus, cui nemo
mentiri, quem nullus fallere potest, ut potè cui
manifesta sunt omnia. Tu solus nōsti, ut inter
te & me agatur. Tuam igitur imploro benigni-
tatem & misericordiam clementissime ac fi-
dissime Pater: quodq; vñquam in vllam defle-
xi dissimilitudinem extra supremam verita-
tem, eius me iam penitet Domine Deus, dole-
o que toto corde, obsecrans ut tuo precioso san-
guine id expies pro tua clementia ac mea ne-
cessitate. Memineris oro Domine, ut purissi-
mum ac sacrosanctum sanguinem tuum om-
nibus diebus vitæ meæ sublimiter extulerim
pro viribus: isque nunc precor me ex hac vita
migrantem ab omni peccato mūdet & abluerat.
Quæso vos sancti omnes, tuque speciatim be-
nignissime Pater & Pontifex Nicolae flexis Sanctorum
genibus, & erectis manibus, mecum simul Do- experit præf:
minum rogetis, felicem mihi præstet obitum.
O purissima ac præclarissima virgo M A R I A,
tuam mihi nunc porrige manum: tuam, inquā
piissimam manum, & hac suprema hora susci-
pe animam meam in tuam fidem & patroci-
nium: quandoquidem tu vnicum es post Deū
cordis mei gaudium & consolatio. O domina
& mater mea, in manus tuas commendo spiri-
tum

tum meum. Ea dulcissimi spiritus angelici
tis oro memores, ut per omnem vitam quo-
es vel nominari vos audissem, exultarit &
ferit cor meum: & quam crebro afflictionibus
laboranti mihi gaudia planè cælestia confe-
ritis, atque ab hostibus me defenderitis. Et
præclarissimi spiritus, nunc demum extremum
me obtinet necessitas & angustia, & sum au-
lij indigus. Nunc ergo feratis opem miseri-
seruetisque me à terribili & tetro inimico-
meorum adspectu. Laudes gratesque tibi
Deus omnipotens, quod morienti mihi
bene sui compotem mentem, perspicuum
rationem & cognitionem præstisti: ex eo
ex hoc seculo cum integra fide catholica, ab
ulla hæsitatione vel formidine: libensque
nosco omnibus, qui mihi vñquam molestu-
ere: perinde ut tu ignouisti in cruce illis,
tibi mortem inferebant Domine Iesu, sacra-
sum corpus tuum, quod hodie in Missa quan-
libet infirmus accepi, tueatur & deducat mea
familiaribus conspectum usque diuini vultus tui. Porro
deprecatur. trema oratio mea, quam hac ipsa mortis mea
& hora facio, est pro charissimis spiritualibus filiis
& filiabus meis, singulari fide aut etiam confi-
sione mihi in hoc exilio amicè deditis & addi-
ctis: & quemadmodum tu piissime Iesu mor-
proximus, charissimos discipulos tuos cælestes
patri summa fide commendasti: in eadem chari-
tate etiam ijetibi oro sint commendati, via
illis sanctam felicemque mortem dones. In
quidem nunc totum me efficaciter auerto &
ducis creaturis omnibus, atque ad ipsissimam
diuinitatem, in primam æternæ salutis origi-

Luc. 23.

Ioan. 7.

nem me conuerto. Cumq; hæc atque eius gene-
ris pluraque alia intra seipsum blandè suauis-
terque locutus esset, raptus est extra se; & an-
tudicta cœpit laborare debilitate. Existimante
autem & eo ipso, & alijs ipsum è viuis excessu-
rum, rediit ad se;, corque exanime vitalem re-
sumpsit spiritum, & membra ægrè affecta, sunt
sanitati redditæ, & pristinas recepit vires.

Ut afflictiones cum laude & gratiarum actione in
Deum sint referenda.

CAPUT XXXIII.

Quodam tempore cum Minister afflatus
diuturnas suas concertationes alta mē-
te perpenderet ac commemoraret, atque
in ijsdem occulta Dei stupendaq; iudicia atten-
deret, conuertit se; ad Deum intimo cum ge-
mitu, atque : Externæ istæ crux & afflictio-
nes domine forinsecus non aliud videntur,
quam acutæ vepres & spinæ, ipsam carnem &
oscula configentes. Quamobrem piissime domi-
ne fructus aliquis suavis salutiferæ cuiusdam
institutionis ex his asperis sentib. emanet, ob-
secro quo nos miseri tanto moderatius aduer-
sa feramus, cruxque nostras in Dei laudem
tanto melius referre sciamus. Postquam ille
diu satis à Deo serid hæc perijsser, quandoq; in-
tra seipsum & supra se; raptus fuit, sensibusq;
destitutus corporeis, audiuit dominū isthæc ver-
ba suauiter ipsi pronunciantē: Evidē in præ-
sentiarū excellētissimam vitæ meæ præstantiā
ac dignitatem tibi patefaciam, reddamq; te cer-
torem,